



*Quapropter adimit ipsi diuinam naturam, qua ille summus
Deus sit.*

Porro:

*Quicumque quidquid, quod modo diuinum habet, patris et
Spiritus ipsius sancti dono habet, ille Deus ipse uenti-
quam esse potest.*

Sed hoc de Iesu Christo aperte sacra scriptura dicit.

Philipp. II, 9. I Corinth. XV, 27. Io. V, 19. Luc. III, 14. 18.

Matth. XXVIII, 18. Act. X, 38. Ef. XI, 2. etc.

Qui, quaerit inimicus, itaque ille Deus ipse esse potest?

Tum:

*Quicumque Deum patrem suum inuocauit, ille esse Deus
iterum non potest.*

Sed talia non semel homo in Iesu fecit.

Ergo repugnat, eum Deum aeternum atque verum nominare.

Ad haec:

*Quicumque se non ultimum, confitetur, scopum fidei nostrae
esse, ille nec verus Deus esse potest.*

Hoc Christus autem manifeste de se dixit.

Ioh. VII, 28. Coll. I. Petr. I.

Ergo nec verus ille Deus esse potest.

Nondum quiescit Socinianus, clamat enim:

*Quicumque missus a patre est, nec a se ipso venit, mandata ab eo
accepit, neque ut suam voluntatem faceret, venit, sed
eius tantum, a quo missus fuit, in illum Dei nomen ne-
quit cadere.*

Sed